

249,
20—35

hec et alia filiam suam¹⁷³⁾, quam filio¹⁴⁷⁾ regis Rūdolphi matrimonio copulaverat, monialem fecit et in claustrum dominarum ordinis fratrum minorum solenniter collocavit. Post hec congregavit occulte copias ex Polonia, Pomerania, Saxonia, Slesia, Misna, Turingia, Bohemia et Moravia decem milia volens comprehendere regem Romanorum. Deus autem hoc mirabiliter impedivit. Ceperunt enim inter se congregati milites discordare, se mutuo capere plagisque maximis vulnerare. His ita gestis rex Bohemie manifeste Rūdolp̃um dividavit. Congregavit exercitum magnum. Voluit cum rege congredi Romanorum vel in civitate cum civibus obsidere vel ipsum de finibus Austrie turpiter extirpare. Sed videns, quod nec dolo nec sapientia nec potencia Rūdolp̃um regem vincere potuisset, muneribus vincere cupiebat. Misit enim quibusdam militibus Austrie pecuniam magnam, quod in bello relinquerent regem Romanorum vel, si possent, ipsum suis consiliis impedirent. Promisit et sedecim militibus marcas argenti, si sibi regem Rūdolp̃um vivum vel vulneribus lesum vel mortuum presentarent. Misit et Ungarie militibus pecuniam, ne ipsum inpugnarent vel debiliter infestarent. Hoc et rei postmodum probavit eventus. Misit et promisit eciam dominis episcopis, comitibus, baronibus prope Renum constitutis, ut in adiutorium regis Rūdolphi minime pervenirent vel ipsum pro suis viribus inpugnarent, quod quidam pro suis viribus fecerunt et amplius fecissent. Unde et in adiutorium ei tantum milites ducenti numero pervenerunt.

249,
36—250, 5

fol. 187r

Hec audiens rex Romanorum mandavit astantibus et principibus suis regi videlicet Ungarie¹⁷⁶⁾, duci Saxonie¹⁷⁶⁾, duci Bavarie¹⁷⁷⁾, militibus multis, episcopo Basiliensi¹⁷⁸⁾ (non Haynrico comiti⁹⁾ de Tuno¹⁷⁹⁾, cognato suo, quem prius debellaverat, sed successori ipsius Hainrico huius nominis secundo dictus Gürtelknopf, quia | monachus fuit ordinis

g) Hs. comite

¹⁷³⁾ Kunigunde, geb. 1261. Zum Heiratsplan, der Bestandteil des Friedensvertrages vom 26. 11. 1276 zwischen Ottokar II. und Rudolph von Habsburg war, vgl. RI Nr. 623 und Redlich S. 284, Anm. 2.

¹⁷⁴⁾ Hartmann.

¹⁷⁵⁾ Ladislaus IV., König von Ungarn 1272, gest. 1290.

¹⁷⁶⁾ Albrecht (Albert) II. von Sachsen, Herzog 1260, gest. 1298.

¹⁷⁷⁾ Hier ist wohl Pfalzgraf Ludwig II. von Bayern 1229—1294 gemeint. In Frage käme aber auch Herzog Heinrich I. von Niederbayern 1235—1290.

¹⁷⁸⁾ Heinrich IV. Knoderer, Bischof von Basel 1275—1286.

¹⁷⁹⁾ Vielmehr Heinrich von Neuenburg 1262—1274 mit Kontamination von Heinrich II. von Thun, Bischof von Basel 1216—1238.